

QUESTIO VI.

Explicatur connexio presentis textus cum superioribus.

44. Maldon. Abulens. Index ante tribunal prae-mittat orationem.

IRCA coherentiam huius textus cum antecedentibus magna lis est inter expositores. Primò aliqui dicunt cum Maldonato, quibus fauere videtur Abulensis quæst. 118. Vt instruerentur Apostoli, ceterique omnes, qui ligandi, ac soluendi potestatem haberent, ea nunquam fore vsuros, nisi præmissa oratione, vt Deus eis gratiam rectè, ac iustè iudicandi concedat. Secundò Ianfenius in Concordia ait: Si quid duo à Deo postulauerint, Deus id eis concederet; quanto magis idem ipse Ecclesiæ ligantis, vel soluendis iudicium ratum habeat.

45. Burgalsis. Beneficium Deus beneficia conuenit.

Tertiò Lucas Burgensis. Vobis, Apostoli mei, do, non tantum potestatem ligandi, & soluendi, sed etiam aliud magnificum donum, vt scilicet, si duo ex vobis consentiant, petantque aliquid à Deo, id ipsum sint impetraturi; semper enim Deus beneficiis exhibitis noua accumulatur. Vide Verbum Beneficium in Indice.

46. Hilarius. Chrysof. Hieron. Theophyl. Euthym. Paschal.

Quartò, & valde germane. D. Hilarius, D. Chrysofomus, D. Hieronymus, Theophylactus, Euthymius, D. Paschasius hoc referunt ad bonum concordia. Supra enim num. 15. Dominus posuit, præceptum correptionis fraternalis, vt offendentem, non odio, sed beneuolentia prosequeremur: & si verò nostræ admonitioni, etiam coram testibus, ac iudicio Ecclesiæ non acquieuerit, ac emendetur, in pœnam imponitur, quod vt ethnicus, & publicanus habeatur. Nunc autem, si nostræ admonitioni, nobisque concorditer consenserit, vt in præmium assignat, quod si hi duo vnanimis, ac coherentes aliquid à Deo petierint, totum ab ipso impetrabunt. D. Chrysofomus. Nam postquam, inquit, contentio extrema supplicia posuit, magna concordia premia exponit, cum & à Patre, qui consensit, & charitate coniuncti sunt, facile impetrent, quod petunt. Euthymius. Magna, ait, minatus est his, qui non corriguntur: rursum magna promittit his, qui diligunt: vt tum minis, tum promissis ad amorem congreget Christianos. Vide Benignitas, Rigor.

Chrysof. Euthym. Minis, & promissis Deus nos ducit.

QUESTIO VII.

Quare dicitur, quod si duo consentientes petierint, de omni re impetrabunt?

47. Hilarius. Paschal. Vnitas ac concordia industria obtinendi.

DE conditione postulantis; de amplitudine promissi de omni re, cum nihil sit, quod sub illa non contineatur; ac etiam de liberalitate Dei concedentis, & cur etiam aliquando postulata denegat; iam satis explicauimus in expositione superiori num. 43. Nunc verò de radice, vt valeant de quacumque re impetrare, inquirimus.

48. Hilarius. Paschal. Vnitas ac concordia industria obtinendi.

Primò D. Hilarius. In tantum, ait, humane pacis studuit concordia, vt vnitatis merito omnia, quæ à Deo precanda sunt impetranda esse confirmet. Idem docet D. Paschasius lib. 8. in Matth. Promittit Christus, quod de omni re petita postulantibus impetrabunt. Sed quibus hoc spondet? his nempe, qui concordia, ac vnanimi mente inter se fuerint; ipsa enim vnitas magna est industria obtinendi.

Ait Psalm. 121. num. 7. O Ierusalem, fiat pax in virtute tua. Quæ verba explicans D. Augustinus sic ait: Fiat pax in virtute tua, fiat pax in dilectione tua; quia virtus tua dilectio tua. Hic defectu huius dilectionis, ac concordia animorum deducit Origenes tract. 6. in Matth. explicans citata Euangelistæ verba, cur sæpe à Deo nostræ orationes non exaudiantur. Sicut enim, inquit, in musicis, nisi fuerit conuenientia vocum, non delectat audientem; sic in Ecclesia, nisi consensum habuerit, non delectatur Deus in ea, nec audit voces eorum.

Psalm. 121. August.

Secundò. D. Cyprianus Epist. 28. Quod si duo vnanimis tantum possunt, quid si vnanimis apud omnes esset? Iam pridem de diuina misericordia impetrasset, quod petimus, nec tandiu in hoc salutis, & fidei pericula fluctuaremus. Alè enim hoc documento nos docet Dominus, quam efficax sit multorum oratio. Si enim duobus concorditer vnitis in oratione totum conceditur, quod à Patre expostulatur; quid non impetrabit multitudo concors facta? vt etiam docet D. Chrysofomus ferm. 132. Qui nihil hominibus tam paucis negat, quid conciliis poscentibus denegabit?

Origenes.

49. Cyprianus.

Multorum oratio valde efficax.

Chrysof.

50. Matthei 18.

Ingressus Christus Dominus in hortum Gethsemani, Petro Ioanni, & Iacobo imperat: Sustinete hic, & vigilate mecum. Matth. 26. num. 39. Deinde ab eis progressus Patrem orat, vt ab eo calix transeat, non voluntate efficaci, sed conditionali, vt inquit Theologi; semper enim per omnia Patri maximè conformabatur; vnde ipse in oratione ait: Non sicut ego volo, sed sicut tu. Tamen orat, vt transeat passiois calix, vt se verum hominem, humanoque timori obnoxium ostendat. Cùmque alto decreto Patris amarus calicis angustias à se auerti non impetrasset, ad Discipulos veniens ait illis: Vigilare, & orate. ibidem n. 41. Antea in aditu mandauit tantum, vt vigilarent, Sustinete hic, & vigilate. Ad quid modo imperat, Discipulos orate; quod enim Filij orationi non est delatum, seruatorum precibus minimè videtur concedendum. Pater semper Filium efficaciter orantem exaudit, vt ipse dixit: Ego autem sciebam, quia semper me exaudis. Ioan. 11. num. 42. Et Pater per Filium largitur, quidquid orantibus seruis tribuit. Præcipit, Discipulos orare, non vt humanam, exquirat opem, sed vt diuinum, ac sublime præbeat documentum, quo cuncti instruantur, vt id, quod vnus, etiam charissimi, ac dilectissimi orationi non annuit, aliquando multorum rogationibus impetrabitur, Origenes in Catena D. Thom. ex Christi persona sic loquitur. Ceteros quidem iussit sedere, quasi infirmiores, ab agone isto seruans eos securos, vos autem, quasi firmiores, adduxi, vt collaboretis mecum in vigiliis, & orationibus. Expende vltima verba. Vt collaboretis mecum in orationibus. Christi oratio per se solum abundantissima, & efficacissima super omnium preces ad omnia à Patre suo obtinenda. Tamen diuinus Magister præcipit suis Apostolis, Vt collaboretis mecum in orationibus. Vt suam vniversam Ecclesiam doceret, quod in re ardua ac difficili multorum orationes interponat, ad multorum rogationes confugiat.

Venit Regulus ad Christum Dominum filij sui salutem exambiens. Et rogabat eum, vt descenderet, & sanaret filium eius. Ioan. 4. num. 47. Regulum Christus graui sermone arguit. Nisi signa, & prodigia videritis, non creditis. In domumque eius non tendit, nec à loco illo discedit Dominus. Venit autem Centurio de salute famuli sollicitus, Dicens, Domine

Chrysof.

50. Matthei 18.

51. Ioan. 4.

Ioan. 11. Docet nos Christus, quid efficax sit multorum oratio.

Origenes.

51. Ioan. 4.

Matth. 8. Multi impetrant, quod vnus non obtinet.

Luc. 7.

Ambros.

Matth. 18.

52. Caictan.

53. Hilarius. Chrysof. Theophyl. Euthym. Abulens. Origenes. Paschal.

54. Hieron.

55. Misser, qui corpore in monasterio, desiderio extra vagatur. Euleb. Galli.

56. Christum inter vnitas habitans.

Dominus, puer meus iacet in domo paralyticus, & male torquetur. Cui Christus ait: Ego veniam, & curabo eum, Matth. 8. num. 5. In domumque eius pergit, vt eam mirifice condecoraret. Cur expostulatus non accedit in domum Reguli; in centurionis habitaculum non expetitus progreditur: Regulus vnus tantum venerat orans; at verò prodece multi instabant intercessores. Misit ad eum seniores rogans eum. Luc. 7. num. 5. Quod vnus orationi non annuitur, multorum precibus obtinetur. Vnde ait D. Ambrosius lib. 2. de Pœnit. cap. 10. Amat Deus, vt multi rogent.

Matth. 18. Vbi enim sunt duo, vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum.

VERSIONES.

Arias. Duo, vel tres coacti. Syriacus. Illic sum inter eos.

EXPOSITIO VI.

CONFIRMAT Dominus superiorem doctrinam, redditque rationem, ob quam quidquid duo consentientes petierint, sint impetraturi; quia ipse in medio eorum est; Tantum præbens, ait Caictanus, efficaciam eorum petitioni, ac si quasi iam non ipsi petant, sed ipse pro ipsis petat, eorumque ore loquatur, vt inquit Maldonatus. Vbi enim sunt duo, vel tres congregati. Tam paruum numerum posuit, vt doceat, se non solum esse in medio posuit, sed etiam paucorum, si congregentur in fide, ac charitate ad rem aliquam postulandam; in nomine meo, hoc est propter me, mei causa, ac intuitu. meique amore, non querentes aliquam amicitiam, ac vtilitatem humanam, sed solum intendentes meam gloriam, ac honorem, vt explicant D. Hilarius, Chrysofomus, Theophylactus, Euthymius. Vel, In nomine meo, hoc est auctoritate mea, vt ait Abulensis, ad ligandum, & soluendum, de quo supra egerat num. 18. Ibi sum. Non dicit, vt notant Origenes, D. Paschasius, eto, sed ibi sum, non enim tardat, vel cunctatur: sed sum, hoc est iam illic inuenior. Ita enim summe oblectatur concordia, ac vnione, vt ea interueniente, sine vlla mora ibi adsit Dominus.

In medio eorum. Significatur, Christum Dominum speciali modo esse in medio congregatorum, ac aliorum, qui non sunt congregati. Ait ergo: In medio eorum; inter eos operans intus in eis, eorum vota, ac desideria dirigens, annuens, & adimplens; & si adhuc de hoc aliqua extiterit hæsitatio, ego sum in medio vnanimiter orantium, quasi pignus pro re impetranda. In medio eorum, in eis inhabitans, tanquam eorum nexus, veluti ad eam similitudinem, qua Spiritus Sanctus dicitur esse inter Patrem, & Filium, quasi vtriusque nexus, & amor. Causam assignat D. Hilarius Cap. 18. in Matth. In tantum Iesus humana pacis studuit concordia, vt vnitatis merito omnia, quæ à Deo precanda sunt, impetranda esse confirmet. Et vbi duo, vel tres pari spiritu, ac voluntate collecti sunt, ibi se medium eorum pollicetur futurum. Ipse enim, qui pax, atque charitas est, sedem in bonis, ac pacificis voluntatibus collocat. Tanti est vnitas, vt Iesus ibi

gratissimam sedem constituat. In medio eorum, Albertus Magnus. Ligando, & soluendo tanquam supremus Iudex. Iuxta antiquam Iudæorum consuetudinem, iudex in medio sui iudicij munus exercebat. Deus stetit in Synagoga Deorum, id est iudicium; in medio autem Deos diiudicat. Psalm. 81. num. 1. Est ergo in medio prælatorum Ecclesiæ, firmans, ac ratum habens quidquid ab ipsis ligatum, & solutum fuerit in terris, iuxta quod dixerat num. 16.

Moraliter D. Hieronymus. Possumus, ait, hoc spiritualiter intelligere, quod vbi spiritus, & anima, corpusque consenserint, & non inter se bellum diuersarum habuerint voluntatum, de omni re, quam petierint, impetrent à Patre: nulli enim dubium est, quin bonarum rerum postulatio sit, vbi corpus vult habere ea, quæ spiritus. D. Paschasius lib. 8. in Matth. Tres vique, inquit, vnanimis in vnitate Christi inueniuntur. Præsertim quia lex, & Prophete non sunt diuise, sed quasi ex vno spiritu, & vna voce consentiunt in Evangelio.

QUESTIO VIII.

Quare duos, vel tres assignauerit Christus, & non potius maiorem multitudinem congregatorum, vt esset in medio eorum?

NOTANDUM in lumine questionis, quod ait Christus: Vbi sunt duo, vel tres congregati: quod intellige, non tantum corpore, sed etiam corde, ac voluntate; parum enim prodest, quod quis inter Religionis claustra degat, si voto extra vagetur, animoque ab aliis discrepet, & dissentiat. Valde enim alienus est à diuino consortio, qui cum sit præsens corpore in monasterio, à se ipso diuisus per diuersa, ac secularia distrahitur. Eusebius Gallicanus homil. super hæc verba, quæ est 12. ad Plebem. Quomodo probabitur congregatus, si à semet ipso cogitationum euagatione dispersus est? aut quomodo erit Deus in medio tui, si tecum ipse non fuerit? Si deest ille, qui poscit, quomodo aderit ille, qui poscitur? Desine peregrinari desiderio extra claustrum in sæculo; collige mentem ad te, vt Deum inuenias, & tecum habeas. Nam, vt ait idem Eusebius homil. 3. ad monach. Ille, scilicet Deus, tantorum munerum repromissor non vult in opere suo repidum, despiciet fastidiosum, recusat coactum, respuit indeuotum. Lentum, & parum gratum querere gratiam diuini muneris, maxima est iniuria remuneratoris. Expende vltima verba, lentum, & parum gratum, &c.

Ad quætionem respondeo primò. Posuit Christus numerum duorum, vel trium; hic enim numerus in ordine charitatis, quæ est ad alterum, est minimus & inferior. Si ergo Christus est in medio duorum, qui nomine ipsius congregantur, multo magis erit in medio totius Ecclesiæ, seu fidelium congregationis sub nomine ipsius Christi adiunctæ ad publicas preces, ad negotiæque pietatis, morumque reformationis, vt fit in conciliis, quæ ab Ecclesiæ prælati indicuntur. Concilia enim proprie congregantur in nomine Christi, id est auctoritate, & virtute Christi, vt Christi nomen, eiusque gloriam, ac puram sanctam fidem catholicam vbique propagent, & illustrent.

Studeamus vnioni, vt Christum nobiscum habeamus. Hinc Ioseph, cum euocaret patrem fratres

In vnione Christus, sua sedem constituit. Alb. Magn.

Psalm. 81.

54. Hieron.

Paschal.

55. Misser, qui corpore in monasterio, desiderio extra vagatur. Euleb. Galli.

56. Christum inter vnitas habitans.



Genes. 45. Tertullian.

Seditioni studens ad vult secum habere Christum. Chrysof.

58. Chrysof.

Qui Christi habent, quamuis pauci, multi sunt.

Eccles. 16. Chrysof.

59. Ennodius.

Pauci Iusti Deo pro magna multitudine sunt.

60.

Matth. 16.

Iustus pro integro regno.

Xiphilius.

61.

Dei, et veritas maxime conueniuntur.

61.

fratres suos, prius eos pacificauit dicens, *ne irascamini in via*, Gen 45. n. 24. timens, ne prudens pater inter discordes fratres venire recularet. Tertullianus lib. de oratione. cap. 10. *Quomodo placabit Patrem iratus in fratrem? nam et Joseph dimittens fratres suos ad producendum patrem, et ne, inquit, irascamini in via.* Quo pacto igitur Christus inter dissentientes fratres habeatur? Unde D. Chrysofotomus homil. 8. in Epist. ad Rom ponderans nostram textum: *Vbi sunt duo, vel tres*: admirandum quærit: *Quis ita miser est, ut nolit Christum ipsum medium habere?* Et respondet. *Certe nos illi sumus, qui nutus inter nos seditionibus consistamus.* Sicut enim a concordia fratrum allicitur Christus ad commercium cum illis, sic a discordia expellitur, ne inter eos adsit.

Secundò D. Chrysofotomus homil. 26. in Acta. *Ubi sunt duo in nomine meo, inquit Dominus, ibi sum in medio eorum.* Vbi Christus medium, magna multitudo est. Congregati nomen multitudinem dicit; sed duo quomodo referent multitudinem, & non potius paucitatem? *Ibi sum in medio eorum.* Quamuis duo sint soli, cum tamen secum habeant Deum, innumerabilem multitudinem dicunt, & superant. Ecclesiastici. 16. n. 3. *Melior est vnus timens Deum, quam mille filij impij.* Ex quo ait D. Chrysofotomus homil. 8. in Acta Apost. ad finem. *Vellem, ut multitudo ornatur Ecclesia; sed multitudine probata: si autem hoc fieri nequit, saltem pauci illi probati sint: non videris, quòd melius sit, habere vnum lapidem pretiosum, quam mille obolos?*

Tertiò D. Ennodius lib. 2. Epist. 14. *Regnat adhuc Christus in numero vestro, qui sibi non tam in multitudine, quam in deuotione complacuit.* In tam paruo numero duorum, vel trium congregatorum supremus cunctorum Dominus sibi sedem constituit. Maxime ei grata, non ingens multitudo, sed feruida animi charitas; indeque non illa, sed hac valde suaviter delectatur, in eaque suam sedem ponit. *Non tam in multitudine, quam in deuotione complacuit.*

Suis Discipulis ait Christus Dominus: *Sunt quidam de his stantibus, qui non gustabunt mortem, donec videant filium hominis venientem in regno suo.* Matth. 16. num. 28. Ibi per regnum intelligitur Domini Transfiguratio, vt supra explicauit cap. 7. q. 13. ex communi Patrum sententia. Quomodo Transfiguratio cum regno comparatur? Regnum copiosam subditorum dicit multitudinem: in Transfiguratione autem tantum duo serui cum Domino apparuerunt Moyses, & Elias: quid ergo hæc cum regno? Moyses, & Elias valde sanctitate illustres; & quamuis duo tam pauci numero essent, tamen amplissimum regnum Domino referebant; inter illòsque Dominus adsabat, tamquam si in totius Patriarcha Constantinopolit. Orat. de Cruce. *Vidit, ait, Iesu transfigurato, et Moysa, et Elia, seu satellitibus quibusdam, viderunt Christum in regno.*

Quartò. Sicut supra dixerat Dominus num. 16. *In ore duorum, vel trium stat omne verbum.* Sic nunc ad sui presentiam, *Ibi sum in medio eorum;* duos vel tres congregatos assignat. Tanta est inter Deum, ac veritatem connexio, vt in eodem numero, in quo veritas inest, ibi & Dei presentia, ac assistentia adsit. Valde enim Deus, & veritas inter se mutuo adherent.

Prosequens Dominus promissionem de admirabili Incarnationis mysterio, testes omni exceptione maiores apponit. Quinam essent hi testes

ait Isaias 8. num. 2. *Et adhibuit mihi testes fideles, Vriam sacerdotem, & Zachariam filium Barachie.* Ex quonam principio in re tam graui in his testibus conuictis veritas, ac fidelitas comprobatur? In eorum nempe nominibus veritatis fides designatur. Vrias enim idem valet, ac *splendor*, seu lux Dei; Zacharias verò *memoria Dei*: & in quibus Deus in animo inlitus est, statim veritas in ore sonat. Ita enim sociantur Deus, & veritas, vt nec Deus sine veritate, nec veritas sine Deo reperiantur. Procopius, post appositam prædictorum nominum ethimologiam, sic subdit: *Qui autem eo testis fide dignior, qui sit diuino splendore illustratus, qui sit memoriam Dei consecutus.*

Matthai 18. Tunc accedens Petrus ad eum dixit: *Domine, quoties peccabit in me frater meus, & dimittam ei? Vsque septies? Dicit illi Iesus; non dico tibi, vsque septies; sed vsque septuagies septies.*

VERSIONES.

Syriacus n 21. Dixit ei: *Domine mi, quoties, si errauerit in me frater meus, remittam ei? vsque septies?*

Num. 22. Ait illi Ieschua: *non dico tibi, vsque septies, sed vsque septuagies septies.*

Vatablus. Vsque ad septuagies septenas vices.

ALTER TEXTVS.

Luca 17. n. 4. Et si septies in die peccauerit in te, & septies in die conuersus fuerit ad te, dicens: *Pœnitet me: dimitte illi.*

EXPOSITIO VII.



Et c. quæ hîc scribuntur ab Evangelista, continuata sunt cum antecedentibus, vt notat Abulenſis quæst. 124. & patet ex illa particula *Tunc*, scilicet auditis, quæ Dominus dixerat. *Si peccauerit in te frater tuus, vade, & corripe eum.* supra num. 15. ex cuius occasione, vt D. Hieronymus, Euthymius, D. Paschasius, D. Thomas notant, Petrus dubitat, quoties peccanti fratri contra se sit dimittendum; & ideo generosus Petri animus, scrupuli, ac dubij impatiens quærît, quoties veniam indulgeat. Ex his deditio cum D. Augustino lib. 2. de Conſen. Euangelist. cap. 61. quòd ea, quæ D. Lucas narrat cap. 17. num. 4. alio tempore, & loco fuere dicta, quidquid reclamet Maldonatus: nam si Christus Dominus in presenti affirmabat, septies in die offendenti fratri remittendum, quorsum Petrus interrogaret. Parcane fratri vsque septies? Ergo alio tempore illa D. Luca verba sunt dicta, vt etiam docent Barradas, & alij.

Isaia 8.

Ibi veritas, ubi Deus.

Procopius.

Matthai 18. num. 21.

VERSIONES.

Syriacus n 21. Dixit ei: Domine mi, quoties, si errauerit in me frater meus, remittam ei? vsque septies?

Num. 22. Ait illi Ieschua: non dico tibi, vsque septies, sed vsque septuagies septies.

Vatablus. Vsque ad septuagies septenas vices.

ALTER TEXTVS.

Luca 17. n. 4. Et si septies in die peccauerit in te, & septies in die conuersus fuerit ad te, dicens: Pœnitet me: dimitte illi.

EXPOSITIO VII.

Et c. quæ hîc scribuntur ab Evangelista, continuata sunt cum antecedentibus, vt notat Abulenſis quæst. 124. & patet ex illa particula *Tunc*, scilicet auditis, quæ Dominus dixerat. *Si peccauerit in te frater tuus, vade, & corripe eum.* supra num. 15. ex cuius occasione, vt D. Hieronymus, Euthymius, D. Paschasius, D. Thomas notant, Petrus dubitat, quoties peccanti fratri contra se sit dimittendum; & ideo generosus Petri animus, scrupuli, ac dubij impatiens quærît, quoties veniam indulgeat. Ex his deditio cum D. Augustino lib. 2. de Conſen. Euangelist. cap. 61. quòd ea, quæ D. Lucas narrat cap. 17. num. 4. alio tempore, & loco fuere dicta, quidquid reclamet Maldonatus: nam si Christus Dominus in presenti affirmabat, septies in die offendenti fratri remittendum, quorsum Petrus interrogaret. Parcane fratri vsque septies? Ergo alio tempore illa D. Luca verba sunt dicta, vt etiam docent Barradas, & alij.

64. Chrysof.

Theophyl.

Alb. Magnu. Prouerb. 24. Abulenſ.

Leuit. 4. & 16. Numer. 19.

65. Chrysof. Euthym.

Sept quis humilitatur, unde se presumebat exaltari. Carthuf.

Origenes. Hieron. Beda.

Accedens, scilicet propius, quod magnum in interrogando innuit affectum; Petrus, quia, vt ait D. Chrysofotomus, ceteris erat feruentior, & vbique præcipuus, ac os totius collegij; & cum tantis emineret, tamen discendi cupidissimus erat. *Quoties peccabit in me frater meus.* Notat Theophylactus, quòd dixerit, si in me peccauerit; nam si in alterum, ab ipso indulgentia est exhibenda. *Dimittam ei vsque septies?* Hunc numerum septenarium vt valde multum ex sensu carnis assignauit Petrus. Quis, vt ait Albertus Magnus, legerat Petrus Prouerb. 24. n. 16. *Septies in die cadit iustus, & resurgit.* Putauitque, se hac remissione debere esse contentum. Abulenſis quæst. 127. præter hanc rationem assignat aliam. Quia cum expiatio, seu propitiatio pro peccato fieret septena aspersione sanguinis victimæ, Leuit. 4. num. 6 & 17. Leuit. 16. n. 14. & 19. Num. 19. n. 4. inde existimauit Petrus, quòd Deus non remittebat offensam vltra septenarium; nec etiam homo remitteret. Hæc tamen coniectura de septena aspersione in expiatione vnus peccati debilis est, vt haberetur, quòd Deus vltra septenarium non remittebat peccatum. Prima ergo ratio aptior, quam etiam tradit ipse Abulenſis.

Dixit illi Iesus. D. Petrus, vt inquit D. Chrysofotomus, Euthymius, valde gloriabundus, ac magnam de pietate, & misericordia opinionem capturus dixerat, vsque septies dimittendum: nunc verò Domini responsione deprimitur. Et sic sæpè contingit, quòd quis cum se putat sublimari, ibi & humilietur, arguatur, ac increpetur. *Non dico tibi, & in tui persona,* ait Carthuf. omni fideli, *vsque septies*, vt tu dicis. Et retenta vocis etymologia responderit Christus, *sed vsque septuagies septies*; atque eleuans multiplicatum numerum. Et quamuis septuagies septies videatur certus numerus, ponitur hic pro incerto, vt Charitas Christiana in remittendo iniuriam nullum habeat terminum. De quo latius quærît. sequenti. Origenes, D. Hieron. Beda ex Græco ponunt. *Septuagies septies*, id est 490. Multiplicata 70. per septem, & efficit 490. Hoc numero septenario septuagies multiplicato indeterminatus numerus denotatur, vt communiter dicere solemus, *sexcentis*, vt vulgaris phrasîs Græca, & Latina nobis adsignificat.

QUESTIO IX.

Quare Christus dixit, quòd non solum septies, sed vsque septuagies septies esset dimittendum?

COMMUNIS solutio est cum D. Augustino serm. 16. de verb. Dom. D. Chrysof. D. Hieron. Euthym. Theophyl. Beda, D. Thoma, Carthuf. & aliis. Quòd ponitur hic numerus certus pro incerto, vt doceat, quòd iniuria stantis offendentis dimittenda sit innumerabilibus vicibus sine vlla meta, ac termino. Sic Leuit. 26. n. 18. *Si nec obederitis mihi, addam correptiones vestras septuagies septies propter peccata vestra.* Et n. 24. *Percutiam vos septies propter peccata vestra.* Id est percutiam vos multiplici plaga. Ilychus, Lyranus, Hugo, Abulenſis. Septenarius enim numerus Symbolum est totius vniuersitatis; septem namque primis Mundi diebus tota euoluitur, ac conficitur hebdomada, vt latius difcurrit D. Chrysofotomus serm. 139. Sylueira in Euang. Tom. IV.

Dices tamen: Hæc dicta de numero septenario rectè concluderent, si cum Petrus dixisset, *Dimittam ei vsque septies*; Christus responderet, *Dimitte vsque septies.* At Christus Dominus non sic est locutus, sed, *Non dico tibi vsque septies, sed vsque septuagies septies.* Responderet cum Abulenſe quæst. 131. quòd Christus posuit hunc numerum, vt responderet numero, quem Petrus posuerat, ipse enim assignauerat vsque septies; & quia numerus in se paruus videbatur, ideo Christus posuit maiorem numerum, qui constaret ex septem; vt in re tam necessaria extra omne dubium fieret vniuersis manifestum, quòd iniurianti fratri innumerabilibus vicibus sine vilo termino esse dimittendum; ideo protulit, non septies, sed septuagies septies. Vt si Dominus, cum commendat rem aliquam seruo, & ipse respondet, faciam tuis vicibus; Dominus indignatus, cum pluries esse velit, dicat, non tribus vicibus, sed centum & tribus vicibus facias: vt denotet, quòd multis, & duplicatis vicibus faciat, similiter cum Christus quasi indignatus videretur, quia Petrus Charitatem tantum arctaret vsque septies; ideo respondit, vsque septuagies septies. Et hunc numerum potius posuit, quam centies, vel ducenties, vt seruaret cum dictis Petri analogiam, & proportionem.

Secundò. D. Hilarius ait, quòd Christus alludit ad id, quod dicit Scriptura Genes. 4. n. 24. *Septuagies ultio dabitur de Caim, de Lamech vero septuagies septies.* Vbi iuxta phrasim Hebraicam, vt explicat D. Chrysofotomus, Rupertus, Theophylactus, septies significat ibi grauius puniri, & septuagies septies puniri grauissimè, & quasi in immensum. Ideo Christus iuxta familiarem Hebræorum loquendi modum dixit, vt remissio fieret septuagies septies.

Ex quo eleganter dixit Tertullianus lib. de Orat. cap. 7. *Cum interrogasset Petrus, si septies esset remittendum fratri: imò, inquit, septuagies septies, vt legem in melius reformaret, quod in Genesi de Caim septies, de Lamech autem septuagies septies ultio repetenda est.* Vsque septuagies septies mandat Dominus dari remissionem, vt legem in melius reformaret, vt pro mensura antiquæ seueritatis esset mensura Christianæ indulgentiæ, & pietatis: multo enim maior ad condonandum est in Christo clementia, quam esset ad puniendum antiqua seueritas. *Vt legem in melius reformaret.* Achi illam timoris legem, multis suppliciis formidolosam, in hanc gratiæ, & amoris legem, multis beneficiis, amabilem transferret.

Tertiò. D. Augustin. lib. 2. de Conf. Euangelist. cap. 4. *Nec frustra iste numerus, scilicet septuagies septies, ad peccatorum omnium pertinet mundationem, si diligentius inquiratur.* Denarius quippe, tanquam iustitiæ numerus, in decem præceptis Legis ostenditur. Porro peccatum est Legis transgressio. Et utiq; transgressio denarij numeri congruentur vndenario figuratur. Ac per hoc quia vniuersum tempus septenario dierum numero voluitur, conuenienter vndenario septies multiplicato ad numerum septuagesimum, & septimum cuncta peccata perueniunt. Tota Lex, seu Decalogum in denario denotatur: transgressio autem denarij est vndecim: septies autem vniuersitatem quandam, vt dixi in principio quæstionis: & quia vndecim septies multiplicatum efficit septuagies septies; ideo in hoc numero omnium peccatorum collectio adsignificatur; ad quam remittendam nos Christus hic admonet. Unde ait ipse D. Augustinus serm. 16. de verbis T. Domini.

67.

Abulenſ.

Res necessaria non in dictione explicanda.

68.

Genes. 4. Chrysof. Rupertus. Theophyl.

69.

Tertullian.

Christus antiquæ seueritatis trans. fort in amoris legem.

70.

August.

Parcedendum fratri in omni transgressione.